

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Benedicti XIV. ab initio Pontificatus usque ad
Annum 1746

Luxemburgi, 1752

XXIII. De eodem argumento Breve ancylicum ad Episcopos Provinviæ
Pedemontanæ. 30. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74696](#)

ANNO

1741.

Idem alias a
Summis Pon-
tificibus da-
nati.

S. 3. Execrabilem hujusmodi abusum aliqui
bi sensim irrepentem detestantes Romani Pon-
tifices Prædecessores Nostri, de consilio tum
Congregationis S. R. E. Cardinalium Univer-
salis Inquisitionis contra hereticam pravitatem,
tum Congregationis Cardinalium Concilii Tri-
dentini Interpretum, decretum voluerunt, ni-
mirum a quolibet Sacerdote, stipendio, seu
eleemosyna majoris pretii pro celebratione Mis-
sa a quocumque accepta, non posse alteri Sa-
cerdoti Missam hujusmodi celebraturo stipen-
dium, seu eleemosynam minoris pretii eroga-
ri, et si eidem Sacerdoti Missam celebranti, &
consentienti, se majoris pretii stipendum, seu
eleemosynam accepisse indicaset.

Adhortatio
ad Episco-
pos pro ex-
tirpanda ava-
ritia labe.

S. 4. Eapropter Vos, Venerabiles Fratres, in Apostolici Ministerii, & sollicitudinis Nostræ partem adictos, rogamus, & maximum opere in Domino hortamur, ut custodientes vigilias super gregibus vestris, enitamini, ne ea pestis amplius pervagetur, sed ut penitus extingua-
tur. Ab avaritia enim, tamquam a radice, mala omnia germinant; quam quidam appen-
tent, erraverunt a Fide, & inferuerunt se doloribus multis. Avaritia quidem nulla potior contagio, qua conceptam apud omnes Sacerdotalis dignitatis perfectionisque opinionem magis inficiat evellatque. Avaritia opibus Deum posthabere, ac servire Mammonæ docens, efficit, ut Avani hereditatem non habeant in Regno Christi, & Dei. Quod si hec in Laicis hominibus minime toleranda, atque adeo legibus coercenda, quid in Ecclesiasticis viris, qui terrenis rebus nuntium miserunt, qui in fortis Domini vocati, qui Deo mancipati sunt? Quid, quod non per mundana lucra, sed per Altaris ministerium, tam sordide, & cum sanctissimarum legum contemtu, & cum Sacerdotalis characteris dedecore, in avaritiam præcipiti animo rapiuntur? Contendite igitur, Venerabiles Fratres, quibus Christi oviu cura demandata est, non solum ut verbo, & exemplo præentes, Christi sitis bonus odor in omni loco, unde populi vestigia vestra sequantur; verum etiam ut Ecclesiasticos primum, deinde Laicos viros ab infectis vitiorum pascuis aver-
tentem, per viam mandatorum Dei ad Cœlestis Ovile currere doceatis.

Injungitur
publicatio
Edictorum
contra illici-
tos quæstus.

Cum poena
Excommuni-
cationis a
Laicis. &
Suspensionis
a Sacerdoti-
bus, ipso
facto incur-
ren, & Sum-
mo Pontifici
reservata.

Præsentium
transumptis
fidem præ-
fari fangi-
tur.

S. 5. Quoniam autem ita comparatum est, ut præsentis peccatum meru salutaribus monitis facilius obtemperetur; per Edictum in vestris Dioecesis proponendum affigendumque, universis notum facite, quemcumque qui eleemosynas, seu stipendia majoris pretii pro Missis celebrandis, quemadmodum locorum confitudines, vel Synodalia Statuta exigunt, colligens, Missas, retenta sibi parte carundem eleemosynarum, seu stipendiiorum acceptorum, si-
ve ibidem, si alibi, ubi pro Missis celebran-
dis minora stipendia, seu eleemosynæ tribuantur, celebrari fecerit, Laicum quidem, seu Sa-
cularem, præter alias arbitrio vestro irrogandas poenas, Excommunicationis peccatum, Clericum vero, siue quemcumque Sacerdotem, peccatum Suspensionis ipso facto incurrere; à quibus nullus per alium, quam per Nos ipsos, seu Romanum Pontificem pro tempore existentem, nisi in mortis articulo constitutus, absolvit pos-
sit. Fore autem in Domino confidimus, ut uniusquisque memor conditionis sua, posthac bene consultum velit anima sua, nec tam fa-
lulares leges censurasque Ecclesiasticas par-
pendat. Interea Fraternitatibus Vestris Aposto-
licam Benedictionem, in populos etiam cura
vestra commissos redundaturam, peramanter
impertimur.

S. 6. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, siue exemplis, etiam impre-
fis, manu alicuius Notarii publici subscriptis,

& Sigillo persona in Ecclesiastica dignitate con-
stitute munitis, eadem proorsus fides in judi-
cio, & extra adhibeat, qua adhiberetur ipsis
præsentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxx. mensis Junii, anno millesimo septingentesimo quadra-
gesimo primo, Pontificatus Nostri Anno Primo.

D. Cardinalis Passioneus.

De eodem Argumento Breve encyclicum ad
Episcopos Provinciarum Pedemontanæ.

Venerabili Fratri, Archiepiscopo Taurinensi

BENEDICTUS PAPA XIV.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam
Benedictionem.

Pro eximia tua pietate observantia, quam
canonica disciplina præstare debes, Venerabili Frater, quem pastoralis creditarum Tibi impensa commendat, plane non dubitamus, quin permolestem quoque Fraternitati Tua accidat, quod Nos per alias Nostras in simili forma Brevis literas ad universos Catholicos Orbis Antifites, hac ipsa die datas, ac typis im-
pressas, Tibique cum hisce insimul reddendas, non sine effusis lacrymis communicamus. Etsi autem detefabillem in Missarum celebratione mercaturam, de qua tantopere querimur, alibi etiam fieri accepimus, non ea tamen, nec tanta cum turpis lucri aviditate exerceri nove-
ramus, quanta a nonnullis Pedemontii Ecclesiasticis, & Laicis viris frequentari recentibus
nuntiis certiores facti fuimus, ut salutare, ad tam sordida negotiationis, & criminis notam a Dioecesis Pedemontii penitus delendam, re-
medium adhibere satageremus. Verum Nos, ne opinionem, quam omnes de Ecclesiastica
disciplina decore, & observantia in Pedemontii Dioecesis vigente habent, minuere videre-
mur, & ut debitibus Apostolica sollicitudinis officiis faceremus satis, id scribendi inivimus
consilium.

S. 1. Itaque quemadmodum facile hinc per-
spicis, Venerabili Frater, non obscurum hac
in re peculiares nostra erga unumquemque Pedemontii Antifite caritatis testimonium, ita
vehementer enitaris oportet, ut omnem tam
pro negotiis gravitate, quam pro nostrâ provi-
dentiâ ratione operam colloces, ut de conta-
gione mercature hujusmodi penitus extincta Te-
cum gratulemur.

S. 2. Verum si malorum hominum perva-
cia tanta fuerit, ut, peccatis per easdem literas
nostras irrogandis arroganter despectis, ad eam
confringendam Brachii secularium auxilio Tibi
opus sit, illud invocare ne omittas, minime
dubitans, quin libenter quam optas, Tibi pre-
sto sit.

S. 3. Tanta namque est carissimi in Christo
Filii Nostri Caroli Emanuelis Sardinæ Regis Il-
lustris in Nos, & Apostolicam hanc Sanctam
Sedem observantia sepiissime rebus ipsis proba-
ta, ut majora in dies Regiae, non solum erga
Nos ipsos, sed etiam erga Fraternitatem Tuam
pietas, & pro Ecclesiastica disciplina zeli, ac
patroni argumenta Nobis certo polliceamur.
Interea Fraternitati Tua Apostolicam Benedi-
ctionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub
Annulo Piscatoris die xxx. Junii MDCCXLI.
Pontificatus Nostri Anno Primo.

D. Cardinalis Passioneus.

Confirmatur

ANNO
1741.Dat. die 30.
Junii 1741.

XXIII.

Abusus super
Missarum e-
leemosynis
in Dioecesi-
bus Pedemontii
tunc tem-
poris vigen-
tes.

Episcoporum
zelus excita-
tur, ad eos
eveleandos.

Implorato-
riam auxi-
lio brachii
secularis.

Commenda-
tor Religio
Seræ. Sardi-
nia Regis.

Dat. die 30.
Junii 1741.